

tari ad probandam eordis sui malitiam , cum falsum sit , qvod dixerat Zopharus , solos impios à DEO in mala quævis præcipitari , pios autem omnibus bonis abundare . Existimat itaqve Eliphafus , firmam adhuc suam stare sententiam , nec DEUM judicium Jobi , tanquam proprii amoris affectu corruptum , qvicq;am æstimare Cap. XXII. 2. 3. Vult itaque , ut Jobus accuratum conscientiæ suæ examen instituat , & perqvirat , annon hoc vel illo flagitio DEUM ad iram provocaverit ? vid. v. 5 - 10. His præmissis , Eliphafus Jobum à pessima vivendi ratione revocare allaborat , ne de impietate Epicuræorum participans v. 15. æqualem ipfis inventiat exitum v. 16. Tandemq;e Jobum partim ad agendam pœnitentiam exhortatur , v. 21. 23. partim verbi divini sedulam meditationem commendat , v. 22. partim multiplex inde redundans bonum eidem proponit , v. 23. usque ad fin. Hasce Eliphafi accusationes in Cap. XXIII. & sq. respondunt Jobi excipit , ubi maxima admiratione dignum , eum ad singula ferme accurate aliquid reponere . Hinc non male Corcejus , (cuius infraæti in sacrorum librorum scrutinio labores merito pretio ab omnibus æstimantur , dicente Dn. D. Fecbt. in Expos. Epist. ad Tit. Cap. I. §. 3.) hic concludit : *Nen videtur qvicq;am vel in bis Capitibus (XXIII. et XXIV.) vel in precedenti intelligere , qvi non videt , Jobum & refellere dicta , & amoliri objectiones , & instantias novas objiceret .* Postqvam igitur Jobus v. 2. bonam suam caussam injuste ab Amicis elevari , seque præter meritum αὐτοφιλίας affectu corruptum nominari , conqvestus erat , jam v. 3. ab injusto Eliphafi & aliorum judicio ad summum DEI tribunal provocat , ubi , si fieri posset , cum ipso DEO in utramq;e partem disputaturus eslet ; hoc enim proprie verbum ערכות disponerem v. 4. dicit ; Nec se hunc Judicem metuere , nam ille misericors , v. 6. ille justus v. 7. Progreditur nunc ad diluendam objectionem Eliphafi C. XXII. 5. atque dicit